

INDEX LECTIONUM

IN

ACADEMIA ROSTOCHIENSI

SEMESTRI HIBERNO A. MDCCC^{XLV}_{XLVI}

A DIE XX M. OCTOBRIS

PUBLICÆ PRIVATIMQUE HABENDARUM.

[illegible]

DE GRAECIS FONTIBUS PLAUTI

COMMENTATIO PRIMA.

L I T E R I S A D L E R I A N I S .

INDEX

LECTIONUM

ALPHABETIC INDEX

1. *Index of Authors*
2. *Index of Subjects*
3. *Index of Titles*
4. *Index of Dates*
5. *Index of Places*
6. *Index of Events*
7. *Index of Persons*
8. *Index of Organizations*
9. *Index of Publications*
10. *Index of Documents*
11. *Index of Maps*
12. *Index of Illustrations*
13. *Index of Tables*
14. *Index of Figures*
15. *Index of Equations*
16. *Index of Formulas*
17. *Index of Symbols*
18. *Index of Units*
19. *Index of Abbreviations*
20. *Index of Acronyms*
21. *Index of Initials*
22. *Index of Surnames*
23. *Index of Given Names*
24. *Index of Middle Names*
25. *Index of Nicknames*
26. *Index of Epithets*
27. *Index of Honorifics*
28. *Index of Degrees*
29. *Index of Titles*
30. *Index of Positions*
31. *Index of Offices*
32. *Index of Professions*
33. *Index of Occupations*
34. *Index of Industries*
35. *Index of Trades*
36. *Index of Professions*
37. *Index of Occupations*
38. *Index of Industries*
39. *Index of Trades*
40. *Index of Professions*
41. *Index of Occupations*
42. *Index of Industries*
43. *Index of Trades*
44. *Index of Professions*
45. *Index of Occupations*
46. *Index of Industries*
47. *Index of Trades*
48. *Index of Professions*
49. *Index of Occupations*
50. *Index of Industries*
51. *Index of Trades*
52. *Index of Professions*
53. *Index of Occupations*
54. *Index of Industries*
55. *Index of Trades*
56. *Index of Professions*
57. *Index of Occupations*
58. *Index of Industries*
59. *Index of Trades*
60. *Index of Professions*
61. *Index of Occupations*
62. *Index of Industries*
63. *Index of Trades*
64. *Index of Professions*
65. *Index of Occupations*
66. *Index of Industries*
67. *Index of Trades*
68. *Index of Professions*
69. *Index of Occupations*
70. *Index of Industries*
71. *Index of Trades*
72. *Index of Professions*
73. *Index of Occupations*
74. *Index of Industries*
75. *Index of Trades*
76. *Index of Professions*
77. *Index of Occupations*
78. *Index of Industries*
79. *Index of Trades*
80. *Index of Professions*
81. *Index of Occupations*
82. *Index of Industries*
83. *Index of Trades*
84. *Index of Professions*
85. *Index of Occupations*
86. *Index of Industries*
87. *Index of Trades*
88. *Index of Professions*
89. *Index of Occupations*
90. *Index of Industries*
91. *Index of Trades*
92. *Index of Professions*
93. *Index of Occupations*
94. *Index of Industries*
95. *Index of Trades*
96. *Index of Professions*
97. *Index of Occupations*
98. *Index of Industries*
99. *Index of Trades*
100. *Index of Professions*

Bacchides Plauti e graeco fonte manasse quum tota prope fabula, tum ipsa ejus inscriptio docent. Falso enim F. Ritscheliuſ in *Parergis* Plautinis I p. 412 ex Plauto conjici poſſe negat, an Bacchidibus hoc nomen jam graecus poëta dederit. At Plautus Bacchidem fuiſſe Samiam teſtatur II, 2, 22 atque III, 3, 68. Quocum plane conſentit Athenaeus XIII p. 594, b *Βακχίδα ἔχων ἐρωμένην τὴν Σαμίαν*. Duas autem ſorores Bacchides exſtituiſſe non una de cauſa vel uni Plauto credendum eſt. Menandrum etiam Bacchidis Samiae amore captum fuiſſe ex Alciphr. Epp. I, 29 non male collegit Meinekiuſ in Praef. p. XXVIII. Eandem Bacchidem apud Plutarchum Moral. p. 513 F amator hiſ verſibus celebrat e nova comoedia ſumtiſ, *Βακχίς θεόν σ' ἐνόμιζεν, εὐδαῖμον λύχνε· | κεῖ τῶν θεῶν μέγιστος, εἰ ταύτῃ δοκεῖς*. Vide etiam Theopompum Athenaei XIII p. 595, a. Sed quod idem Ritscheliuſ l. l. p. 273 et p. 405 Plauti Bacchides e Menandri *Disexapatonti* expreſſas eſſe ſtatuit, ea valde probabilis ac propemodum certa conjectura eſt, quam C. F. Hermannuſ et G. Hermannuſ ſequuti ſunt. Bene enim Ritscheliuſ et graecum tituluſ *) ad ſervuſ refert, qui heruſ ſuū hiſ decipiat, et Plautinae fabulae cardineſ in eo verti judicat, quod a Chryſalo ſervo Nicobuluſ ſenex hiſ decipiatur, apte collatiſ hiſ lociſ IV, 9, 51. V, 1, 4. V, 2, 11. Omiſit tamen Ritscheliuſ rem hauđ exigui momentuſ. Etenim Nicobuluſ ſtultuſ ſenem fuiſſe apparet tum e loco V, 1, 1 — 9, tum etiam e IV, 4, 57, ubi Hermannuſ demum recte ſcripſit: Ut ſenem hodie *indoctum* docte fallas — . Atqui non dubiuſ eſt, quin etiam in Menandri fabula ſtultuſ aliquiſ ſenex hiſ deceptuſ fuerit. Nam ſtulti ſeneſ ſervoruſ calliditate argento emuncti novae comoediae poëtiſ ſaepe arguſmento fuerunt, id quod teſtantur Menander p. 172 M. ed. I, Plautuſ *Mostell.* V, 2, 102., Terentiuſ *Phorm.* IV, 4, 1., Caeciliuſ ap. Horatiuſ A. P. v. 237 et idem Caeciliuſ in *Epiclero* ap. Cic. *De Amicit.* c. 26. Neque tamen hi loci conjecturam Ritschelii reddunt incertam. Perraro enim ſeneſ in comoedia hiſ decepti ſunt, quo pertinere videtur Heniochi *ὡς ἐξαπατῶμενος* ap. Suidam ſ. *Ὡνίοχος*, non item *Συνεξαπατῶν* Batoniſ. Minime vero praeterire

*) Martialiſ *Epigr.* XIV, 214. *Pueri comoedi.* „Non erit in turba quiſquam *μισούμενος* iſta: | ſed poterit quiſ eiſſe *ὡς ἐξαπατῶν*.“ Hiſ alteriuſ fabulae Menandreae i. e. noſtrae tituluſ Gronovio auctore multi certatim reſtituerunt, faventibuſ nunc in Schneidewini editione etiam codicuſ lectioſnibuſ. Rideri autem pueri comoedi videntur, utpote a puelliſ expetiti mireque fallaceſ.

licet Galenum De Nat. Fac. I, 17 Vol. V p. 29 ed. Chart., qui de medicis quibusdam disserens, ὁμοίως, inquit, τοῖς ὑπὸ τοῦ βελτίστου Μενάνδρου κατὰ τὰς κωμωδίας εἰσαγομένοις οἰκέταις, Δάοις τὲ τισι καὶ Γέταις, οὐδὲν ἡγουμένοις σφισὶ πεπρᾶχθαι γενναῖον, εἰ μὴ τρὶς ἑξαπατήσειαν τὸν δεσπότην κτλ. De quo gravissimo testimonio Ritscheli, quidnam sentiret, nullo declaravit loco. Et Clerico quidem ad unum Disexapatontem respexisse Galenus videtur, repugnante Meinekio, quo iudice Galeni locus etiam ad alias spectare Menandri fabulas potuit. Nimirum ipse Galenus clare docet, idem argumentum a Menandro in duabus fabulis tractatum esse, quarum altera certe fuit Disexapaton, altera vero hodie ignota est: nisi forte dicitur Καταψευδόμενος. Harum fabularum eam, in qua Geta servus fuit, dicit etiam Ovidius De A. A. III, 332 cuive (Menandro) pater vafri luditur arte Getae. Tantum vero abest, ut duae ejusdem argumenti comoediae Menandreae Ritschelii conjecturam refellant, ut eam mirifice confirment. Solebant enim illi poëtae ex hujusmodi sororibus unam facere comoediam latinam, selectis ex utraque, quae Romanorum auribus placitura essent. Sic Terentius in Andria Menandri Andriam Perinthiamque conflavit, quem illorum comicorum, etiam Plauti, communem morem fuisse ipse in prologo v. 18 sqq. testatur. Quae si recte disputata sunt, Plautus Bacchides e Disexapatonte ita latinas fecit, ut tamen aliquot scenas ex altera eaque simillima Menandri fabula repeteret. Ceterum saepe Plautum fabulas contaminasse nuper ostendere studuit Ladewigius meus De canone Volcati Sedigiti p. 27 sqq. Praeterea vero in Menandri Disexapatonti et Bacchidibus Plauti duo loci longe simillimi inveniuntur, qui quum inter se dudum comparati essent, profecto mirum est, quod ante Ritschelium nemo mutuum utriusque fabulae nexum perspexit. Horum locorum alterum multi servarunt, primum quidem Stobaeus Flor. T. 119 p. 602 V. III p. 460 Gaisf. Μενάνδρου Δις ἑξαπατῶντος. „Ὅν οἱ θεοὶ φιλοῦσιν, ἀποθνήσκει νέος.“ Menandro hunc versum tribuunt etiam Plutarchus Moral. p. 119 E, Clemens Alex. Strom. VI p. 265 S. (p. 450 ed. Lugd.), Schol. ad Od. ó, 246 et ibidem Eustathius p. 1781, 3. Hunc igitur versum verbotenus reddidit Plautus IV, 7, 18 *Quem di diligunt, | adolescens moritur*. Enimvero haec sententia minime trita est, sed exstat apud perpaucos, quos allaturus eram, nisi eos ipsos ac nullum praeterea attulisset Wytenbachius ad l. l. (VI p. 790). Alter locus ad Megabyzum Ephesium pertinet, de quo satis est memorasse Strabonem XIV p. 641 Sieb. *Ἱερέας δ' εὐνούχους εἶχον, οὓς ἐκάλουν Μεγαλοβύζους, καὶ ἀλλαχόθεν μετιόντες αἰετίνους ἀξίους τῆς τοιαύτης προστασίας, καὶ ἡγόν ἐν τιμῇ μεγάλῃ συνιεῖσθαι δὲ τοῦτοις ἐχρῆν παρθέτους, Xen-*

phontem Anabas. V, 3, 6 Τὸ δὲ τῆς Ἀρτέμιδος τῆς Ἐφεσίας — καταλείπει παρὰ Μεγαβύζῳ τῷ τῆς Ἀρτέμιδος νεωκόρῳ, Appianum De B. C. V, 9 p. 723 Schw. καὶ τὸν ἐν Ἐφέσῳ δὲ τῆς Ἀρτέμιδος ἱερέα, ὃν Μεγάβυζον ἡγοῦνται (vulgo appellant) κτλ. et qui Megabyzi nomine ut eunuchi utitur, Quintilianum J. O. V, 12, 21. Hujus igitur mentionem fecit Plautus II, 3, 74 CHRYSALUS — „Nos apud Theotimum omne aurum deposivimus, | qui illic sacerdos est Dianae Ephesiae. | NICOBULUS Qui istic Theotimust? CH. Megalobyzi filius —.“ Secundo versu metri vitium adhuc residet, tertio autem Megalobyzi sive Megalobusi feliciter restitutum esse censeo. Quae e Menandro fluxisse indicio est glossa Photii p. 50, 6 sive Suidae s. e. v. Ζάκορος: νεωκόρος. Μένανδρος Δις ἐξαπατῶντι. „οὐ Μεγάβυζος ἦν, | ὅστις γένοιτο Ζάκορος.“ Bentlejus metro indicato tacet de sententia, quam ne Hemsterhusio quidem ad Luc. Timonem c. 22 intellectam mire pervertit Toupius Em. in Suid. II p. 153: „Alius est Μεγάβυζος, inquit, alius Ζάκορος. — Hic sensus loci est.“ Immo sensus loci est plane contrarius: quod quum olim vidisset J. Meursius in Biblioth. Att. IV p. 1550, negationem οὐ tacito delevit. Ritscheliu p. 407 interrogatione addita sic vertit: *non Megabyzus aliquis fuit, qui aedituus Dianae esset, h. e. cui crederetur pecunia?* At ne hic quidem sensus loci est. G. Hermannus sensum non item verba assequutus v. γένοιτο delevit interpunxitque, οὐ Μεγάβυζος ἦν, ὅστις Ζάκορος; Licebat tamen etiam servato verbo γένοιτο interrogationis ope eandem sententiam adipisci. Sed quum omnis interrogatio h. l. nimis artificiosa sit, non dubito, quin Menander scripserit,

οὐ Μεγάβυζος ἦν,
ὅστις γένοιτο Ζάκορος.

Ubi (Ephesi) Megabyzus erat, quicumque factus esset aedituus. Recte dicit, Megabyzi nomen non uni homini proprium, sed cuique Dianae Ephesiae sacerdoti commune fuisse; recte etiam Imperfecto utitur, quia nunc Athenis est, antea autem fuerat Ephesi. Apud Plautum servus per errorem Megalobyzo sacerdoti substituit Theotimum, quem ridicule Megalobyzi filium appellat. Nam Megalobyzi filius facete dictum esse Ritscheliu p. 408 intellexit, nec minus apte conjectit, Plautum, quod Megabyzi Ephesii Romae prope ignoti fuissent, hanc Menandri scenam contraxisse. Qui si Menandrea contraxit tantummodo, non etiam alioqui mutavit, graecus poëta verba οὐ — Ζάκορος seni, non servo assignasse videtur. Sunt enim haec verba ejusmodi, ut iis mendacis servi error de Theotimo corrigi utique potuerit. Nullam vim habent duo alia fragmenta, quorum unum servavit Suidas sive grammaticus Bekkeri p. 436, 17 Ἀπόστα: οὐ μόνον

ἀπόστηδι λέγουσι. Μένανδρος „— μικρόν.“ καὶ παράστα Δις ἐξαπατῶντι. „Ἐμοὶ παράστα· τὴν Δύραν κόψας ἐγὼ | καλῶ τιν’ αὐτῶν“ (vitiose codex Bekkeri καλῶς τιν’ αὐτόν). Non male cum his G. Hermannus comparavit Plautina V, 1, 32 Quid dubitamus pultare atque huc evocare ambos foras? Cf. etiam IV, 1, 9 — 11. Ceterum talia in quavis fere comoedia leguntur. Restat Fulgentii locus Mythol. III, 1 p. 704 Stav. „Bellerophonta posuerunt quasi βουλευφοροῦντα, quod nos latine sapientiae consiliatorem dicimus. Sicut Homerus ait, (Il. β’, 24) οὐ χρὴ παννύχιον εὐδεῖν βουλευφόρον ἄνδρα, id est — virum. Nam et Menander similiter in Disexapatonte (Disexapatonte conj. Meursius, Disexapatonti Hermannus) comoedia ait, βουλευφόρος ἡμετέραν Δημέα προκατέλαβες ὄρασιν, id est consiliarie nostram Demea praeoccupavisti visionem. Nam ut hoc certum sit, Homerus in fabula ejusdem Bellerophontis ita ait, (Il. ε’, 162) ἄγαθὰ φρονέοντα δαΐφρονα Βελλεροφόντην.“ Ita legitur in ed. Commel. et cod. Leid. Ridicula interpolatione aliae editiones, βουλευφόρε ἡμῶν ἐξ μοῦ προῦλαβες ὄρασιν cum versione de mea pro Demea. In Menandro male Bentlejus p. 22 scripsit, βουλευφόρως | τὴν ἡμετέραν, ᾧ Δημέα, προκατέλαβες | ὄρασιν, quem et Meinekius p. 48 et ipse Hermannus ad Bacchides p. 65 sequi certe non debebant. Inauditum est enim adverbium βουλευφόρως. Quin ne sententiam quidem intellexit Bentlejus, qui ita verterit, *Prudentia tua antevenisti visum nostrum; consilio tuo effugimus mala imminetia, priusquam viderimus.* Tametsi enim Bentlejus versibus bene dispositis pro ἡμετέραν Δημέα recte scripsit τὴν ἡμετέραν ᾧ Δημέα, tamen βουλευφόρος haud dubie retinendum est. Hoc autem dicit: „Tu, Demea, quum sis consiliarius, tamen oculos nostros praeoccupasti (h. e. adeo eos praestrinxisti, ut verum dispicere non possemus).“ Eadem ratione verbo προκαταλαμβάνειν utitur Lucianus De Calumn. non tem. cred. c. 15 fin. Ceterum Bellerophonta significare βουλευφοροῦντα, id Fulgentius non e Menandro, sed ex Homero Il. ε’, 162 conjecit. Contra priorem Homeri locum Il. β’, 24 et versus Menandri iudice etiam Bentlejo ideo attulit, ut v. βουλευφόρος de consiliario dictum esse ostenderet. Frustra igitur Hermannus hos Menandri versus ad Bacch. IV, 7, 12 retulit, quo in loco mentio sit Bellerophontis. Quod autem in Bacchidibus nulli uni interlocutori nomen est Demeae, id conjecturae suae nullo modo obstare Ritschelius ipse p. 412 intellexit. Nam quum Menandri nomina Terentius interpres haud raro mutaverit, quid causae est, quin idem a Plauto factum esse statuamus? Cujus rei nescio an alterum exemplum Bacchides ipsae suppeditent. Servo enim, qui apud Plautum Chrysalus est, eidem in Disexapatonti aut Getae aut Davo nomen fuisse, e Galeni

Ovidiique locis, quos supra attuli, colligere licet. Obiter moneo, incerti (novae tamen comoediae) ποιῆται verba ab Hermia apud Bekkerum Schol. Platon. p. 312 infra servata, Οὐ πάποτ' ἡράσθης, Γέτα; | Γ. οὐ γὰρ ἐνεπλήσθην a Meinekio Fragm. Com. IV p. 171 cupidius ob Getae personam Menandri Misumeno tribui. Demeae autem persona etiam in aliis Menandri fragmentis exstat. Scholiastae ad Aristotelem p. 355 Bekk. Ἀπὸ τύχης ἦλθεν ὁ ξένος: λυτρωσάμενος τὸν αἰχμάλωτον, ὥς ὁ παρὰ Μενάνδρῳ Δημέας τὸν Κράτην (ita codex reg. probante etiam Meinekio pro τὴν Κράτειαν). Nempe, ut e toto hoc scholiastarum loco apparet, Demeas Menandri Cratetem amicum peregre captum e servitute redemerat. Quod inventum quum a Plauti Bacchidibus longe abhorreat, fragmentum istud non Disexapatonti, sed alii ejusdem fabulae nescio cuitribuendum est. Aliud exemplum nominis Demeae praebet Stobaeus Flor. T. 103 p. 561 (III p. 355 Gaisf.) Μενάνδρου. Εὐροις δ' ἂν οὐδὲν τῶν ἀπάντων, Δημέα, | ἀγαθόν, ἐν ᾧ τι μὴ πρόσεστι καὶ κακόν. Idem tamen Stobaeus aliter scribit paullo post T. 106 p. 571 (p. 382) Μενάνδρου Μισογύνου. — εὐροις δ' ἂν οὐδὲν τῶν ἀπάντων, Σιμύλε, | ἀγαθόν, ὅπου τι μὴ πρόσεστι καὶ κακόν. Qui si duo duarum fabularum loci sunt, neque Stobaeus erraverit, neque ulla opus fuerit mutatione. Sin etiam prior locus e Misogyne est, videtur Stobaeus ad notius Demeae nomen a Simylo aberrasse. Nam Meinekios noster quas p. 113 temere jactavit *prosodicas rationes*, eas quum aliis tum etiam ipsi exagitandas relinquo. Denique quod aliquis conjiciat apud scholiastam Aeschinis p. 255 B. Μένανδρός φησι· Φιλόνεικος δ' ἔστι Δημέα (pro καὶ μία) γυνή | εἰς μῆνιν, hac quidem conjectura nihil est fallacius. Certe eo in loco non minus bene Meinekios Σιμίτα vel potius Σιμίτα.

INDEX LECTIONUM.

In ordine theologico.

- D. Gustavus Fridericus Wiggers, P. P. O.,** Ordinis Theologorum h. t. Decanus, privatim 1) historiam dogmatum h. VIII — IX senis dd. tradet; 2) historiae ecclesiasticae primam partem h. IX — X quinis dd. enarrabit; 3) in Psalmos selectos h. XI — XII quaternis dd. commentabitur. Publice theologiam pastoraalem, legum Mecklenburgicarum ecclesiasticarum ratione habita h. III — IV dd. Lunae et Jovis praecipiet, et in Seminarii sodalitia catecheticae sodalium exercitationes tempore constituto moderabitur.
- D. Jo. Phil. Bauermeister, P. P. O.,** 1) privatim quinis dd. h. X — XI evangelium Joannis ejusque epistolas interpretabitur; 2) privatim ternis dd. hor. XI — XII isagogen in Veteris Test. libros cum canonicos tum apocryphos, seclusa, quae dicitur, parte generali, tradet; 3) publice binis dd. hor. XI — XII actuum apostolorum eos locos, qui in dogmatica christiana maximi sunt momenti, illustrabit; 4) publice quoque die Saturni hor. X — XII introductionem in libros ecclesiae nostrae symbolicos docebit.
- D. Otto Carsten Krabbe, P. P. O.,** 1) publice ternis dd. h. II selecta loca prophetarum minorum explicabit; 2) privatim senis dd. h. IX recentiorem ecclesiae inde a sacrorum instauratione ad nostra usque tempora historiam enarrabit; 3) privatim senis dd. h. XI theologiam dogmaticam tradet. In Seminarii sodalitia homileticae sodalium exercitationes die Mercurii h. II et III moderabitur.
-
- Lic. J. Wiggers, P. E.,** 1) historiam ecclesiasticam Megapolitanam recentiorem enarrabit dd. Mart. et Ven. h. IV; 2) evangelia Matthaei, Marci et Lucae interpretabitur quinquies p. h. h. X; 3) isagogen historicam et criticam in N. T. praeibit quater p. h. h. XI; 4) librum Geneseos explicabit quater p. h. h. III.
- Lic. Adolphus Schliemann** 1) privatim dogmatum historiae partem priorem enarrabit sexies per hebd. h. V — VI; 2) gratis propagatae inde a saeculo XVI religionis christianae historiam tradet; 3) gratis exercitationes ecclesiastico-historicas moderari perget.
-

In ordine juridico.

- D. Conradus Theodorus Gründler, P. P. O.,** publice tradet 1) encyclopaediam juris, duce Falck, sexies per hebd. h. IX — X; 2) jus ecclesiasticum, duce Wiese, sexies per hebd. h. X — XI; 3) instituet privatim relatorium.
- D. Augustus Ludov. Diemer, P. P. O.,** publice, horâ postea indicandâ, formam publicam et historiam utriusque Megapoleos enarrabit, quater per hebd.; privatim docebit: 1) jus Germanicum privatum, duce compendio Eichhornii, sexies h. IV — V; 2) jus privatum Megapolitanum, duce de Kamptz, quater h. III — IV.
- D. Fridericus Raspe, P. P. O.,** docebit jus criminale commune et Megapolitanum, duce Heffter, sexies h. XI — XII et XII — I.
- D. Agathon Wunderlich, P. P. O.,** Ord. Jctor. h. t. Decanus, tradet pandectas, sexies h. IX — X et X — XI.
- D. Henricus Thöl, P. P. O.,** tradet: 1) jus feudale, ter h. VIII — IX; 2) jus mercatorium ex libro suo quater h. III — IV; 3) instituet collegium, quod vocant civile practicum, ter h. VIII — IX.
- D. Theophilus Henricus Fridericus Gaedcke** 1) sexies per hebd. horis adhuc constituendis processum judicarium civilem docebit, eo rerum ordine servato, quem Martinus proposuit in libro: *Lehrbuch des Deutschen gemeinen bürgerlichen Processes*, Heidelberg. 1838; 2) horâ commodâ scholam civilem eamque practicam quater per hebd. moderabitur. Praeterea de jure pandectarum examinatoria et repetitoria cupientibus suam pollicetur industriam.
- D. Iwan de Gloeden** 1) institutiones et historiam juris Romani sexies p. hebd. h. XII et 2) jus publicum Megapolitanum et confoederationis Germanicae quinquies p. hebd. h. IV docebit.
- D. Hermannus Buchka** 1) pandectas sexies per hebd. h. IX — XI; 2) processum civilem tam juris communis quam Megapolitani sexies p. hebd. horâ adhuc definiendâ privatim docebit; 3) de jure actionum Romano gratis bis p. hebd. hor. III — IV disputabit.

In ordine medico.

- D. Jo. Guilielmus Josephi, P. P. O.,** Academiae Senior, tradet, si per aetatem et valetudinem licuerit, gynaeologiae capita selecta hor. XI — XII.
- D. Henricus Spitta, P. P. O.,** tradet quaternis hebdom. diebus: 1) pathologiam et therapiam specialem; 2) medicinam forensem; 3) clinicen propaedeuticam binis hebdom. diebus.

- D. Carolus Strempel, P. P. O., h. t. Decanus, docebit:** 1) pharmacologiam generalem bis p. h. h. III; 2) chirurgiam quater p. h. h. IV; 3) artem operationum chirurgicarum et ophthalmiatricarum in cadaveribus illustrandam quater p. h. h. III et 4) exercitationes practicas in Clinico medico-chirurgico quotidie h. X—XII moderabitur.
- D. Carolus Fridericus Quittenbaum, P. P. O.,** 1) in demonstrationibus anatomicis splanchnologiam, angiologiam et neurologiam h. II—IV diebus Lunae, Martis et Jovis; 2) osteologiam, syndesmologiam et myologiam h. II—IV diebus Mercurii et Veneris docebit; 3) in secandis cadaveribus auditores h. IX—XII quotidie erudiet.
- D. Fridericus Hermannus Stannius, P. P. O., docebit:** 1) publice selecta capita physiologiae corporis humani dieb. Lunae et Martis h. VIII—IX; 2) privatim pathologiam generalem quater p. h. hor. VIII—IX; 3) privatim anatomen comparatam duce Siebold et Stannius, *Lehrbuch der vergleichenden Anatomie*, Berl. 1845, quotidie h. XII—I.
- D. Christianus Krauel, P. P. E.,** exercitationes practicas in clinico obstetricio quotidie h. IX—X moderabitur.
- D. Jo. Frid. Guil. Lesenbergh** has lectiones offert: 1) artem obstetriciam; 2) chirurgiam; 3) encyclopaediam et methodologiam artis medicae; 4) repetitoria et examinatoria.
- D. Carolus Hanmann** 1) gratis artem formulas medicas concinnandi duce Sundelinio; 2) privatim chirurgiam et ophthalmiatriciam ducibus Chelio et Beckio; 3) praxin medicam duce Hufelandio docebit. Privatissime repetitorium medico-chirurgicum offert, neque iis deerit, qui operationibus ophthalmiatricis operam navare voluerint.
- D. Joannes Schroeder** tradet: 1) pathologiam et therapiam generalem; 2) medicinam forensem; 3) pathologiam et therapiam morborum psychicorum. Examinatoria et repetitoria de quavis artis medicae parte cupientibus offert.
- D. Ludovicus Dragendorff** docebit 1) artem obstetriciam; 2) in operationibus obstetriciis exercendis auditores erudiet; 3) examinatoria et repetitoria cupientibus offert.

In ordine philosophico.

- D. Ern. Aug. Phil. Mahn, P. P. O., publice** 1) vaticinia Mesiana pentateuchi et prophetarum V. T. explicabit quaternis die-

- bus h. XI; 2) lectiones Arabicas continuabit ternis diebus h. II; 3) exercitationes Ebraicas moderari perget ternis diebus h. III.
- D. Franciscus Volcmarus Fritzsche, P. P. O., publice 1)** quaternis diebus h. XI Aristophanis Nubes et Plutum interpretabitur; 2) binis diebus h. XI Plauti Bacchides et Trinummum explicabit. Denique exercitationes seminarii philologici moderari perget, in quo Euripides potissimum atque Horatius tractabuntur.
- D. Joannes Roeper, P. P. O., h. t. Decanus, I. publice docebit:** 1) physiologiam plantarum diebus Lunae et Martis h. III. II. privatim 2) de plantis cryptogamicis disseret diebus Jovis et Veneris h. III; 3) zoologiam generalem tractabit, demonstrationibus in Museo academico illustrandam, quotidie h. XII. Praeterea publice disputationes de rebus physicis una cum collegis de Blücher et Karsten moderabitur.
- D. Eduardus Danielis Henricus Becker, P. P. O., 1)** publice aedificia villarum rite instituendi rationem tradet bis p. h. h. XII; 2) privatim agriculturam quat. dieb. h. IX; 3) rem pecuariam quat. dieb. docebit h. XI.
- D. Ludovicus Bachmann, P. P. O., 1)** privatim binis diebus h. XI Horatii satiras interpretabitur; 2) privatim quaternis diebus h. III Ciceronis epistolas ad Atticum explicabit; 3) privatissime quaternis diebus horis constituendis topographiam veteris Graeciae, duce Pausania, docebit.
- D. Helmuth de Blücher, P. P. O., privatim 1)** chemiam experimentalem sexies p. h. h. XI—XII; 2) chemiam practicam ter p. h. h. II—V tradet.
- D. Hermannus Karsten, P. P. O., h. t. Rector, docebit publice:** astronomiam popularem bis p. h. horis commodis; privatim: 1) geometriam analyticam quater p. h., 2) mineralogiam quater p. h. Privatissima offert collegia de quavis matheseos vel physices parte, neque deerit iis, qui in rebus nauticis institui velint.
- D. Carolus Türk, P. P. O., publice 1)** conversatorium historicum continuabit bis p. h. h. II; 2) privatim docebit historiam juris Germanici quinquies p. h. h. XI et II; 3) historiam medii aevi quinquies p. h. h. XII.
- D. Christianus Wilbrandt, P. P. O., privatim 1)** historiam philosophiae enarrabit senis diebus h. IX; 2) de Graecorum arte dramatica disseret quinque diebus h. X; 3) exercitationes Seminarii philosophico-aesthetici moderabitur horis constituendis.
- D. Fridericus Francke, P. P. E., 1)** publice de Leibnitzii et Lockii psychologia disseret semel per hebdomadem h. mat. VIII;

- 2) privatim Logicam docebit sexies p. h. h. IX; 3) privatim Ethicam illustrabit, quinquies p. h. h. X.
- D. Georgius Nicolaus Busch, P. P. E.,** publice aut Tacitum interpretari perget aut difficiliores quosdam Thucydidis locos explicabit binis diebus h. III—IV; privatim de syntaxi linguae latinae disseret h. IV—V. Praeterea metra, quibus Graeci atque Romani usi sunt, illustrabit h. III—IV atque exercitationes societatis philologicae privatae moderari perget.
- D. Eduardus Schmidt, P. P. E.,** 1) publice philosophiam religionis Christianae bis p. h. h. III; 2) privatim encyclopaediam disciplinarum philosophicarum, praemissa introductione universali in philosophiam, quinquies p. h. h. IV; 3) privatim philosophiam historiae docebit quater p. h. h. V; 4) privatissime sed gratis disputationes de rebus ad philosophiam religionis pertinentibus more solito moderabitur.
- D. Carolus Hegel, P. P. E.,** 1) historiam rerum in Europa inde ab a. 1789 usque ad a. 1815 gestarum quinquies privatim h. XII; 2) historiam imperii Germanici inde a Carolo magno usque ad reformationem ecclesiae ter publice h. III tractabit; 3) de historiae Germanicae scriptoribus mediæ aevi disseret et delectum librorum eorundem cum sodalibus interpretabitur bis p. h. h. III gratis.
- D. Carolus Weinholtz** privatim: 1) methodologiam philosophicam binis per hebdomadem horis; 2) anthropologiam philosophicam quaternis per hebdomadem diebus docebit; 3) de principio logico, euphonico, rhythmico, ratione potissimum habita linguae Germanicae bis per hebdomadem disseret.

* * *

Bibliotheca h. XII — I quotidie, festo die et solis excepto, **Museum** vero die Lunae h. II—IV commilitonibus nostris aliisque aperientur. Conferatur § 1 legum de usu bibliothecae nostrae scriptarum. Gallicam, anglicam aliasque linguas peregrinas discendi occasio data est. Sunt etiam magistri publice constituti, qui artem equitandi, pingendi, musicam et artem gymnasticam doceant. — Domicilia quaerentibus monstrabit **J. H. Schultze**, Academiae nuntius juratus.

Summo academiae magistratu hoc tempore fungitur

Hermannus Karsten, Ph. D.

Praesidet ordini Theologorum **G. F. Wiggers, Ph.** et Th. D.

Juris consultorum **A. Wunderlich, J. U. D.**

Medicorum **C. Stempel, M. D.**

Philosophorum **J. Roeper, Ph. D.**